UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

III. Descriptio templi magnae martyris Euphemiae in urbe Chalcedonensi, & miraculorum, quae illic fiunt, narratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

Epiſcopos, qui Niceæ convenerant; Poſtea vero Chalcedonem. Et Zacharias quidem Rhetor Neſtorio favens, ab exſilio eum ad Concilium evocatum eſſe dicit. Sed rem aliter ſe habere ex eo liquet, quod Neſtorius in illa Synodo paſſim anathemate damnatus eſt. Idem etiam diſerte teſtatur Euſtathius Epiſcopus Beryti, in literis, quas ad Joannem Epiſcopum & ad alterum Joannem presbyterum de rebus in Synodo geſtis ſcripſit his verbis. Occurrentes denuo ii, qui Neſtorii reliquias poſtulabant, contra Synodum vociferati ſunt: qua de cauſa viri ſancti anathemate damnantur? Adeo ut Imperator indignatione commotus, protectoribus ſuis mandaverit, ut eos procul expellerent. Quomodo igitur Neſtorius evocatus ſit, qui jampridem è vivis exceſſerat, equidem non video.

A λοιπῶν. ὕστερον δὲ ἐν καλχηδόνι τῆς βιθυνῶν χώρας· καὶ ζαχαρίας μὲν ἐμπαθῶς ὁ ῥήτωρ νεστόριον ἐκ τῆς ὑπερορίας μετάπεμπτον γενέσθαι φησί· τὸ δέ γε μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, τεκμηριοῖ τὸ πανταχοῦ τῆς συνόδου τὸν νεστόριον ἀναθεματίζεσθαι. δηλοῖ δὲ εὖ μάλα καὶ εὐστάθιος ὁ τῆς βηρυτίων ἐπίσκοπος, γράφων πρὸς ἰωάννην ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς ἰωάννην ἕτερον πρεσβύτερον, περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ κινηθέντων, ἐπὶ λέξεως ὧδε. ἐπαναστάντες δὲ πάλιν οἱ ζητοῦντες νεστορίου τὰ λείψανα, τῆς συνόδου κατεβόων· B οἱ ἅγιοι διατί, ἀναθεματίζονται. ὡς ἀγανακτήσαντα τὸν βασιλέα τοῖς δορυφόροις ἐπιτρέψαι, μακρὰν αὐτοὺς ἀπελάσαι. πῶς οὖν νεστόριος μετεκαλεῖτο, τῶν ἐντεῦθεν μεταστάς, οὐκ ἔχω λέγειν.

Cap. III.

Deſcriptio templi magnæ Martyris Euphemiæ in urbe Chalcedonenſi: & miraculorum, quæ illic fiunt, narratio.

Congregantur itaque in Baſilica Euphemiæ Martyris, Chalcedone, quæ urbs eſt provinciæ Bithyniæ. Diſtat autem hæc Baſilica à Boſporo duobus circiter ſtadiis, ſita in loco quodam amœno & molliter acclivi: adeo ut qui in Martyris templum aſcendunt, nullum ambulationis laborem ſentiant, ſed repente ſublimes appareant, intra ipſam Baſilicam conſiſtentes. Ex qua, tanquam è ſpecula, oculos demittentes, ſubjectos campos cernunt in planitiem porrectos, viridi gramine veſtitos, ac ſegetibus veluti fluctuantes, atq; omni arborum genere exornatos: montes præterea ſilvoſos, ſenſim ſeſe attollentes atque incurvantes. Diverſa denique maria: hæc quidem ſerenitate renidentia, & littoribus ſuaviter ac placide alludentia: ubi ſcilicet tranquilla ſunt loca, abſque ventis ac tempeſtatibus. Alia verò æſtuantia & fluctibus infrementia, cochleas, algam, & ex teſtaceis leviſſimos quosque piſciculos reciproco æſtu deferentia ac denuo retrahentia. Porro templum ipſum ſitum eſt è regione Conſtantinopoleos: adeo ut tantæ urbis aſpectu templum non mediocriter venuſtetur. Conſtat autem ex tribus ampliſſimis ædibus. Prima eſt ſub dio, longo atrio & columnis undique exornata.

Κεφ. γ'.

Ἔκφρασις τοῦ εὐκτηρίου οἴκου τῆς μεγαλομάρτυρος εὐφημίας, τῆς ἐν καλχηδόνι· καὶ διήγησις τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ θαυμάτων.

Ἀλίζονται τοίνυν ἀνὰ τὸ ἱερὸν τέμενος C εὐφημίας τῆς μάρτυρος· ὅπερ ἵδρυται μὲν ἐπὶ τῆς καλχηδονέων τοῦ βιθυνῶν ἔθνους, ἀπῴκισται δὲ τοῦ βοσπόρου σταδίοις οὐ πλείοσι δύο, ἔν τινι τῶν εὐφυῶν χωρίων ἠρέμα προσάντει· ὥς τε τοὺς περιπάτους ἀνεπαισθήτους εἶναι τοῖς εἰς τὸν νεὼν ἀπιοῦσι τῆς μάρτυρος, ἐξαπίνης τε μετεώρους εἶναι εἴσω τῶν ἀνακτόρων γινομένους. ὥστε τὰς ὄψεις ἐκχέοντας ἐκ περιωπῆς, ἅπαντα θεωρεῖν ὑπεστρωμένα πεδία, ὁμαλῆ καὶ ὕπτια τῇ πόᾳ χλοάζοντα, ληΐοις τε κυμαινόμενα, καὶ παντοδαπῶν δένδρων τῇ θέᾳ ὡραϊζόμενα. ὄρη D τε λάσια ἐς ὕψος εὐπρεπῶς μετεωριζόμενά τε καὶ κυρτούμενα· ἄταρ καὶ πελάγη διάφορα· τὰ μὲν τῇ γαλήνῃ πορφυρούμενα, καὶ ταῖς ἀκταῖς προσπαίζοντα ἡδύ τε καὶ ἥμερον, ἔνθα ἀνήνεμα τὰ χωρία καθεστᾶσι· τὰ δὲ παφλάζοντά τε καὶ τοῖς κύμασιν ἀγριαίνοντα, κάχληκάς τε καὶ φυκία καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων τὰ κουφότερα μετὰ τῆς ἀντανακλάσεως τῶν κυμάτων αὐτῆς ἀνασειράζοντα· ἀντικρὺ δὲ τῆς κωνσταντίνου τὸ τέμενος· ὥστε καὶ τῇ θέᾳ τῆς τοσαύτης πόλεως, τὸν νεὼν ὡραΐζεσθαι. τρεῖς δὲ ὑπερμεγέθεις οἶκοι τὸ τέμενος· εἷς μὲν ὑπαίθριος, ἐπιμήκει τῇ αὐλῇ καὶ κίοσι πάντοθεν κοσμούμενος·

ἕτερός τε αὖ μετὰ τοῦτον τό τε εὖρος τό τε μῆκος, A τούς τε κίονας μικροῦ παραπλήσιος. μόνον δὲ τῷ ἐπικειμένῳ ὀρόφῳ διαλλάττων. οὗ κατὰ τὴν βόρειον πλευρὰν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, οἶκος περιφερὴς ἐς θόλον εὖ μάλα τεχνικῶς ἐξησκημένος κίοσιν, ἴσοις τὴν ὕλην, ἴσοις τὰ μεγέθη καθεστῶσιν, ἔνδοθεν κυκλούμενος. ὑπὸ τούτοις, ὑπερῷόν τι μετεωρίζεται ὑπὸ τὴν αὐτὴν ὀροφήν· ὡς ἂν κἀντεῦθεν ἐξῇ τοῖς βουλομένοις ἱκετεύειν τε τὴν μάρτυρα, καὶ τοῖς τελουμένοις παρεῖναι. εἴσω δὲ τοῦ θόλου πρὸς τὰ ἑῷα, εὐπρεπής ἐστι σηκὸς, ἔνθα τὰ πανάγια B τῆς μάρτυρος ἀπόκειται λείψανα ἔν τινι σορῷ τῶν ἐπιμήκων, μακρὰν ἔνιοι καλοῦσιν, ἐξ ἀργύρου εὖ μάλα σοφῶς ἠσκημένη. καὶ ἃ μὲν ὑπὸ τῆς παναγίας ἐπί τισι χρόνοις θαυματουργεῖται, πᾶσι χριστιανοῖς ἔκδηλα. πολλάκις γὰρ ἢ τοῖς κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν ἐπισκοποῦσι πόλιν ὄναρ ἐπιστᾶσα διακελεύεται, ἢ καί τισι τῶν ἄλλως ἐς βίον ἐπισήμων παραφαινομένοις αὐτῇ κατὰ τὸ τέμενος τρυγᾶν. ὅπερ ἐπειδὰν τοῖς τε βασιλεῦσι, τῷ τε ἀρχιερεῖ καὶ τῇ πόλει κατάδηλον ᾖ, φοιτῶσι κατὰ τὸν νεὼν, οἵ τε τὰ σκῆπτρα, οἵ τε τὰ ἱερὰ καὶ τὰς ἀρχὰς διέποντες, ἅπας τε C ὁ λοιπὸς ὅμιλος, μεταχεῖν τῶν τελουμένων βουλόμενοι. πάντων τε οὖν ὁρώντων ὁ τῆς κωνσταντίνου πρόεδρος μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων, εἴσω τῶν ἀνακτόρων χωρεῖ, ἔνθα τὸ λελεγμένον μοι πανάγιον ἀπόκειται σῶμα. ἔστι δέ τι κλειθρίδιον μικρὸν κατὰ τὴν αὐτὴν σορὸν ἐν τῷ λαιῷ μέρει, θύραις μικραῖς κατησφαλισμένον, ὅθεν σίδηρον ἐπιμήκη κατὰ τὰ πανάγια λείψανα σπόγγον περιαρτήσαντες ἐπαφιᾶσι, καὶ τὸν σπόγγον περιδονοῦντες, ἐς ἑαυτοὺς τὸν σίδηρον ἀνέλκουσιν, αἱμάτων πλήρη, θρόμβων τε πολλῶν. ὅπερ ἐπειδὰν ὁ λεὼς ἴδοι, εὐθέως προσεκύνησε τὸν θεὸν γεραίρων. τοσαύτη δὲ καθέστηκε τῶν ἐκφερομέ- D νων ἡ πληθὺς, ὥστε καὶ τοὺς εὐσεβεῖς βασιλέας, καὶ πάντας τοὺς ἀλιζομένους ἱερέας, καὶ μὴν καὶ πάντα τὸν ἀθροιζόμενον λεὼν, πλουσίως τῶν ἀναδιδομένων μεταλαμβάνειν, ἐκπέμπεσθαί τε καὶ ἀνὰ τὴν ὑφήλιον πᾶσαν τῶν πιστῶν τοῖς βουλομένοις, καὶ διὰ παντὸς τούς τε θρόμβους σώζεσθαι, τό τε πανάγιον αἷμα, μηδαμῶς ἐς ἑτέραν μεταχωρεῖν ὄψιν. ἅπερ θεοπρεπῶς τελεῖται, οὐ κατά τινα διωρισμένην περίοδον, ἀλλ' ὡς ἂν ἡ τοῦ προεδρεύοντος βιοτὴ, καὶ ἡ τῶν τρόπων σεμνότης βούλεται. φασὶ δ' οὖν ὅτε μὲν τῶν εὐσχημόνων

Poſt hanc altera, longitudine ac latitudine, & columnis propemodum ſimilis: hoc uno diſcrepans, quod culmen habet impoſitum. In cujus Boreali latere ad ortum Solis, ædes eſt rotunda in modum teſtudinis, admodum artificioſe elaborata, columnis & materia & magnitudine inter ſe paribus interiùs circundata. Super his cœnaculum eſt ſublime, ſub eodem culmine. Ex quo liceat iis, qui voluerint, Martyri ſupplicare, & ſacris intereſſe myſteriis. Intra teſtudinem verò ad orientem Solem tumulus eſt magnificus, in quo ſanctæ Martyris reliquiæ jacent in arca quadam oblonga reconditæ, quàm nonnulli μακρὰν vocant, ex argento pulcherrime fabricatâ. Ac miracula quidem, quæ ſubinde patrantur à ſanctiſſima Martyre, nota ſunt omnibus Chriſtianis. Frequenter enim aut Epiſcopis illius civitatis, aut viris pietate illuſtribus, qui ad ipſius baſilicam advenerint, in ſomnis apparens, præcipit ut in templo vindemient. Quod ubi tum Imperatori, tum Patriarchæ, totique civitati innotuit, ſtatim omnes ad Baſilicam pergunt, tam Auguſti ſcilicet, quàm pontifices & magiſtratus, & reliqua populi multitudo, ut ſacrorum myſteriorum participes fiant. Cunctis deinde ſpectantibus, Epiſcopus urbis Conſtantinopolitanæ unà cum ſuis ſacerdotibus in ſacrarium ingreditur, in quo ſacrum illud, de quo dixi, corpus depoſitum eſt. In eadem arca foramen eſt exiguum in læva parte, parvis quibuſdam oſtiolis obfirmatum. Per quod, ferrum oblongum cui ſpongia annexa eſt, uſque ad ſacras reliquias demittunt. Et poſtquam ſpongiam hac illac verſaverint, ferream virgam ad ſe retrahunt, cruore plenam & coagulato ſanguine. Quod ubi populus viderit, confeſtim Deum cum laudibus adorat. Tanta autem eſt cruoris, qui illinc extrahitur copia, ut non ſolum piiſſimi Imperatores, & Sacerdotes illic congregati, univerſa denique populi multitudo ibidem collecta, abunde ex eo accipiant: ſed & fidelibus quicunque cupierint, per univerſum terrarum orbem guttas ejus mittant. Porro coagulatus ille ſanguis perpetuo durat, nec in alium colorem mutatur ſacer cruor. Hoc autem miraculum fit, non certo aliquo ac definito temporis ſpatio, ſed prout Epiſcopi vita & morum gravitas promeruerit. Ferunt enim, quoties vir probus atque

honeſtus omniq; virtutum genere ex- A
ornatus, Eccleſiam rexerit, id miraculum fieri, & quidem frequentiſſime: quoties verò non ejusmodi Antiſtes fuerit, raro hæc ſigna evenire. Jam verò aliud miraculum commemorabo, quòd nec tempore, nec ullâ ex cauſa interrumpitur, nec diſcrimen facit inter fideles atque infideles: ſed omnibus ex æquo proſtat. Ubi quis ad eum locum acceſſerit, in quo eſt arca illa pretioſa, quæ ſacras continet reliquias, ejusmodi odoris ſuavitatem ſentit, quæ omnes cõſuetos odores longe ſuperat. Nam neque odori, qui ex pratis colligitur, neque ei, qui ex rebus fragrantiſſi- B
mis exhalat, ſimilis eſt odor ille, nec qualis ab unguentariis conficitur: ſed peregrinus quidam & excellens, per ſe ipſum declarans quanta ſit virtus reliquiarum, quæ ipſum emittunt.

A τῆς κυβερνῴη καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἐπίσημος, τοῦτο τὸ θαῦμα καὶ μάλιστα συχνῶς γίνεσθαι· ὅτε δὲ τῶν οὐ τοιούτων, σπανίως τὰς τοιαύτας θεοσημείας προϊέναι. λέξω δέ τι, ὅπερ οὐ χρόνος, οὐ καιρὸς διαλείπει. οὐδὲ μὴν πιστοῖς τε καὶ ἀπίστοις διακέκριται, πᾶσι δὲ ἐξ ἴσης ἀνεῖται· ὅταν ὧδε τοῦ χώρου τις γένηται ἔνθα ἡ τιμία σορὸς ἐν ᾗ τὰ πανάγια λείψανα, ὀδμῆς εὐώδους ἐμπίπλαται, πάσης συνήθους ἀνθρώποις ὑπερφέρουσα. οὐδὲ γὰρ τῇ ἐκ λειμώνων ἀθροιζομένῃ παρέοικεν, οὐδέ γε τῇ ἐκ τινος τῶν εὐωδεστά- B
των ἀναπεμπομένῃ, οὐδὲ οἵαν μυρεψὸς ἐργάσαιτο· ξένη δέ τις καὶ ὑπερφυής, ἐξ αὐτῆς παραστᾶσα τῶν ἀναδιδόντων τὴν δύναμιν.

Cap. IV.

De iis, quæ in Synodo agitata ſunt & ſancita: & quomodo Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus depoſitus ſit: Theodoritus autem & Ibas aliique nonnulli reſtituti ſint.

C HOc igitur in loco ſupradicta Synodus congregata eſt, Paſchaſino quidem & Lucentio Epiſcopis cum Bonifacio presbytero, vices, ut dixi, gerentibus Leonis Archiepiſcopi ſenioris Romæ: Anatolio verò Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum gubernante, Alexandrinæ autem præſidente Dioſcoro: Præſentibus etiam Maximo quidem Antiochiæ, Juvenale autem Hieroſolymorum Epiſcopis. Aderant item Epiſcopi, quos illi circa ſe habebant, & ii, qui in Senatu urbis regiæ principem locum obtinebant. Quibus Vicarii Leonis dixerunt, non debere Dioſcorum unà cum ipſis in Concilio ſedere. Id enim ſibi man- D
datum eſſe ab Epiſcopo ſuo. Quod niſi fieret, ſe protinus Eccleſia exceſſuros. Cumque Senatores interrogaſſent, quænam eſſent crimina, quæ objiciebantur Dioſcoro, reſponderunt debere illum judicii ſui rationem reddere, qui contra fas perſonam judicis ſuſcepiſſet, abſque permiſſu Romani Pontificis. Quibus dictis, cum Dioſcorus ex decreto Senatus in medium proceſſiſſet, ibique reſideret, Euſebius poſtulavit, ut libellus precum, quem Imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis uſus; Injuriâ

Κεφ. δ'.

Περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ κινηθέντων καὶ τυπωθέντων, καὶ ὡς διόσκορος ὁ ἀλεξανδρείας καθῃρέθη· θεοδώρητος δὲ καὶ ἴβας, καί τινες ἕτεροι ἀνεκλήθησαν.

C ἘΝταῦθα ἡ λελεγμένη μοι σύνοδος ἀλίζεται, τὸν τόπον λέοντος ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διεπόντων ὡς εἴρηται πασκασίνου καὶ λουκενσίου ἐπισκόπων, καὶ βονιφατίου πρεσβυτέρου· τῆς κωνσταντίνου μὲν προεδρεύοντος ἀνατολίου. διοσκόρου δὲ τῆς ἀλεξανδρέων ἐπισκοποῦντος· μαξίμου τε ἀντιοχείας, καὶ ἰουβεναλίου ἱεροσολύμων· οἷς παρῆσαν οἵ τε ἀμφ' αὐτοὺς ἱερεῖς, καὶ οἱ τὰ κορυφαῖα, τῆς ὑπερφυοῦς γερουσίας ἔχοντες· πρὸς οὓς οἱ τὸν τόπον πληροῦντες λέοντος, ἔφασκον μὴ δεῖν διόσκορον συγκαθέδρον σφίσι γενέσθαι· τοῦτο γὰρ αὐ- D
τοῖς ἐπιτετράφθαι παρὰ τοῦ σφῶν ἐπισκόπου λέοντος, καὶ εἰ τοῦτο μὴ φυλάξωσιν, αὐτοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀπαλλάττεσθαι· καὶ πυνθομένης τῆς γερουσίας, τί ἄρα εἴη τὰ ἐπαγόμενα τῷ διοσκόρῳ, διεξῆλθον. λόγον ὀφείλειν αὐτὸν ὑπέχειν τῆς οἰκείας κρίσεως, κριτοῦ πρόσωπον παρὰ τὸ εἰκὸς ἀνειληφότα. ὧν εἰρημένων, ἐπειδὴ διόσκορος ψήφῳ τῆς συγκλήτου ἀνὰ τὸν μέσον καθῆστο χῶρον, εὐσέβιος ἐζήτει τὰς ἐπιδεδομένας παρ' αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ δεήσεις ἀναγνωσθῆναι, φήσας ἐπὶ λέξεως ταῦτα. ἠδίκημαι

παρὰ